

obligatur; Si irrationabilis, negligendus est, §. 5, quantum fieri potest, animo ejiciendus. Sed haec duæ posteriores impropriè veniunt nomine Conscientiæ. §. 12. Invitum ali- Invitum quid dicitur dupliciter, vel per Violentiam vel per Ignorantiam. Violentum est, cuius principium est extra a-Violentem, ut is, qui agit aut patitur, nihil adjumenti ad a-tum-ctionem conferat. Ut, cùm quis tempestate aut venti impetu aliquò abreptus fertur, quò nolebat, aut, cùm quis manum tuam vi arripit, eāq; alterum pulsat: Prius est pa-ti, posterius agere, sed ita, ut utriusq; rei principium ex-trinsecum sit, nec quicquam per se conferat ad illud A-gens aut Patiens. §. 13. Datur verò etiam actio Violenta secundum quid, quam alias vocant Mixtam sive Medi-am, quæ partim per vim extrinsecus, partim per voluntatem intrinsecus fieri videtur, ut sunt eæ, quæ fiunt ex me-tu, vel ad bonum aliquod insigne consequendum, vel ad majus malum evitandum, ut si quis merces in mare pro-ji-ciat ad evitandum naufragium. §. 14. Invitum per Igno- Ignoran-tiam est, quod fit ob ignorantiam, ita tamen, ut e-tia-um, qui fecit, illius postea pœniteat; ubi observandum est, ignorare simpliciter idem non esse, quod nescire, cùm ea etiam nescire homo dicatur, quæ scire planè non potest, Divisio ignorare autem propriè, quæ scire potest. §. 15. Hæc Igno-ejus tantia est vel Vincibilis vel Invincibilis: prior est, cùm ea ignoramus, quæ scire poteramus & tenebamur; po-sterior, cùm ea ignoramus, quæ scire quis non poterat.

§. 16.